



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae  
Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros  
distributae**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

XV. Ad Minerium & Alexandrum. In ipso jam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37862**

**XV.** Hieronymus Mixerio & Alexandre monachis  
ad quos de resurrectione scribente excusas  
occupations & tabellarium.

Nipso iam profectionis articulo sancti fratris  
nostris Sisinnii, qui vekra mihi scripta detulerat  
hæc qualia cuncte sint, didicere compellor. Ne  
possim vestram cælare prudentiam, & obsecro, in  
hoc dictum referatis ad gloriam, quin potius ac  
plenam necessitudinem, dum ita vobis, quasi mihi  
loquor. Multas sanctorum fratum ac sororum de  
vestra provincia ad me detulit quæstiones, ad  
quas usque ad diem Epiphaniorum, largissimo  
spatio me responsu umputabam. Cumque furti  
vis noctium lucubratiunculis ad plerasque dicta  
rem, & expletis aliis, me ad vestram quasi ad diffi-  
cillimam reservarem, subito supervenit, assenser-  
te illico profecturum. Cumque eum rogarem, ut  
differret iter, liberè mihi cœpit famem obtendere  
monasteriorum, Ægypti necessitates, Nihil non  
plena s aquas, multorum medium, ut propè offen-  
sa esset in Dominum, illum ultra velle retinere I-  
taque subtegnens & stamina, liciasque & telas, qua  
mihi ad vestram unicam paraveram, vobis in-  
confusa transmisi: ut quicquid mihi deest, vestro  
texatur eloquio. Prudentes estis & eruditis: & de  
canis, ut ait Appius facundia ad Christi diser-  
titudinem trantmigratis. Nec magno mihi apud  
vos labore opus est, quod philosophum quendam  
in suadendo rusticum esse perpeillum narrant fa-  
bile. Vix dum dimidium (inquit) dixeram, jam  
intellexerat. Itaque & ego tempore coartatus,

Angu-

Singulorum vobis, qui in faciem scripturam commentatioles relinquunt, sententias protuli, & ad verbum pleraque interpretatus sum: ut & me liberem questione, & vobis veterum tractatorum mittatur authoritas, \* quo in legendis singulis ac probandis non meæ voluntati, sed vestro acquiesce \* aliusquis scatis arbitrio.

XVI Hieronymus Onaso obrectatori, qui quod Hieronymus adversu vitia scripsit, ad suam consumeliam portinere peravit, & idcirco deridetur.

**M**edici, quos vocant chirurgicos, crudeles putantur, & miseri sunt. An non est miseria, alienis non dolere vulneribus, & emortuas carnes inclemsti secare ferro? non horrere curantem, quod horret ipse, qui patitur, & inimicum puras? Ita se natura habet, ut amara sit veritas, blanda vita existimetur. Esaias in exemplum captivitatis futuræ, nudus non erubescit incedere.

Esa. 26.

Hieremias de media Hierusalem ad Euphratem fluvium Mesopotamia mittitur, ut inter inimicas gressus, ubi est Assyrius, & castra sunt Chaldaeorum, ponat περιζωμα, id est, lumbare, corruptendum. Ezechiel stercore primum humano deinde bubulo, panem de omnifiente conspersum edebet jubetur, & uxor interitum siccis oculis videt. Amos de Samaria pellitur. Cur quæso? Nempe ideo, quia chirurgici spirituales, secantes vitia peccatorum ad pœnitentiam cohortantur. Paulus apostolus, Inimicus (inquit) vobis factus sum, verum dicens. Et quia Salvatoris dura

Hes. 13.

Ezech. 4.

Amos. 7.

Gal. 4.

Ioan. 6.